



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Procrastinationis damna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Πολλ' οἱ δὲ ἀλώπηξι, ἐχίνῳ ἐν ἰσχυρῶ.  
Multa quid. m. Vulpes, magnum unum novit Echinus.

Vel ut numerum reddamus,

Scit multa Vulpes, unum Echinus, at magnum


Sane Salomon Erinacium inter animalia terræ minima, quæ sapientibus sapientiora sunt, nominat, ut Septuaginta edidere. Nam Leporem vulgata editio ponit.

CONTRA PERICULA MUNITUS.

CAP. XXVIII.

Illud quoque super Echino significatum ponunt, ut per hieroglyphicum ejus, hominem ab insidiis & periculis ac cujuscunque fortunæ casibus tutum ostendent. Siquidem is simul atque ferarum se impetentium odorem latratumve senserit, in orbem sese colligit, rostro pedibusque intrinsecus, testudinis more contractis, tergore omni pilæ instar conglobato, spinisque, quibus undecunque munitus est, ad incolumitatem erectis otatur, contactum suum omnibus formidabilem reddens. Ad hæc autem respexisse videtur Horatius Poëta, cum se ita contra fortunæ impetum præparatum scribit, ut sua involutus virtute tutus ab ejus injuria fiat. Ita enim inquit:

Fortuna sevo lata negotio, &  
Ludum insolentem ludere pertinax,  
Transmutat incertos honores,  
Nunc mihi, nunc alii benigna.  
Laudo manentem: sceletes quatit  
Pennas, resigno qua dedit, & mea  
Virtute me involvo, probamq;  
Pauperiem sine dote quæro.



ib. 7. Cap. us finem.

PROCRASTINATIONIS DAMNA.

CAP. XXIX.

Atque hoc tam prudens alioqui animal in opportunitate captanda, & periculis evitandis ingenio & natura præmunitus, damni tamen alicujus, ob procrastinationem ingruentis, hieroglyphicum est, si illi fetus adjicitur suus. Id enim malum ex contatione majus effectum ostendit, propterea quod alvo stimula quamdiu potest partum differt, quo fit, ut fetus magis inolefcens, majorem postmodum in pariundo dolorem afferat. Duo ejus genera omnino sunt, maritimum & terrestre, utrique nomen apud Græcos ἐχίνῳ. Terrestris, de quo jam diximus omnibus innotuit sub Erinacii nomine. Hujus quoque



Aristot. de partibus animal. lib. 4. c. 5. Plin. lib. 9. cap. 31. Echini terrestres speciei duæ.

D species duæ sunt, Suilla, & Canina, quæ quidem rictu & pedibus aut Suillis aut Caninis similibus distinguntur.

De Suillis Eucherius: Erinacei chærogrilli nuncupantur, magnitudine prope mediocrium Cuniculorum, qui de cavernis petrarum procedentes, gregatim in eremo, quæ est contra Mare mortuum, pabulantur, qui de cavernis petrarum procedentes, gregatim in eremo, quæ est contra Mare mortuum, pabulantur, qui & Echini dicuntur, ita spinoso defenduntur tegmine, ut nec contingi quidem possint. Par huic cum Formica solertia comparando victu, qui poma aculeis affixa congerat in cavernam: infamis tantum est invidia: nota quod cum optime norit se propter cutem præcipue peti, cujus usus poliendis velleribus inservit, simulac in periculum se adactum videt, urina sua emissa tergus omne conspergit: sibi conscius id inde putrefcere, aculeosque sponte mox decidere.

N

JOAN.